

5010.

DISSERTATIO INAVGVRALIS MEDICA
ANIMADVERSIONES QVASDAM
CIRCA
NATVRAM INFLAMMATIONIS
CONTINENS,



QVAM
PRAESENTE
IOANN. CHRIST. REIL,

MEDICINAE ET CHIR. DOCT. PROFESS.
THERAP. P. O. SCHOLAE CLINICAE DIRECTORE
ET CIVITATIS HALENSIS PHYSICO,

DIE VIII. FEBR. MDCCXCIII.

PUBLICE DEFENDET,
CHRIST. WACHTEL,
SILESIUS.

HALAE,
TYPIS IO. CHRISTIAN. HENDELII.

Pathol. spec.
513, 48

Inflammatio

MS. A. 1. 1.

1. TANZEN
2. TANZEN
3. TANZEN
4. TANZEN
5. TANZEN
6. TANZEN
7. TANZEN
8. TANZEN
9. TANZEN
10. TANZEN
11. TANZEN
12. TANZEN
13. TANZEN
14. TANZEN
15. TANZEN
16. TANZEN
17. TANZEN
18. TANZEN
19. TANZEN
20. TANZEN
21. TANZEN
22. TANZEN
23. TANZEN
24. TANZEN
25. TANZEN
26. TANZEN
27. TANZEN
28. TANZEN
29. TANZEN
30. TANZEN
31. TANZEN
32. TANZEN
33. TANZEN
34. TANZEN
35. TANZEN
36. TANZEN
37. TANZEN
38. TANZEN
39. TANZEN
40. TANZEN
41. TANZEN
42. TANZEN
43. TANZEN
44. TANZEN
45. TANZEN
46. TANZEN
47. TANZEN
48. TANZEN
49. TANZEN
50. TANZEN
51. TANZEN
52. TANZEN
53. TANZEN
54. TANZEN
55. TANZEN
56. TANZEN
57. TANZEN
58. TANZEN
59. TANZEN
60. TANZEN
61. TANZEN
62. TANZEN
63. TANZEN
64. TANZEN
65. TANZEN
66. TANZEN
67. TANZEN
68. TANZEN
69. TANZEN
70. TANZEN
71. TANZEN
72. TANZEN
73. TANZEN
74. TANZEN
75. TANZEN
76. TANZEN
77. TANZEN
78. TANZEN
79. TANZEN
80. TANZEN
81. TANZEN
82. TANZEN
83. TANZEN
84. TANZEN
85. TANZEN
86. TANZEN
87. TANZEN
88. TANZEN
89. TANZEN
90. TANZEN
91. TANZEN
92. TANZEN
93. TANZEN
94. TANZEN
95. TANZEN
96. TANZEN
97. TANZEN
98. TANZEN
99. TANZEN
100. TANZEN

V I R O
ILLVSTRI, EXCELLENTISSIMO,
EXPERIENTISSIMO,
I. G. MORGENBESSER,
MEDICINAE ET CHIRVRGIAE DOCTORI
ET
ANATOMIAE CHIRVRGIAE
ATQVE
ARTIS OBSTETRICIAE IN THEATRO
ANATOMICO VRATISLAVIensi
PROFESSORI LONGE CELEBERRIMO,
F A V T O R I
SVMME VENERANDO,
MAS PAGELLAS
D. D., D.

A V C T O R.

©DR. J. R. GREEN 1990. ALL RIGHTS RESERVED.

2013210700001

342-2 V. 280 - 75-3502

OPERATION 72-31042 TESTS

INFLAMMATIO.

§. I.

INFLAMMATIO QVID?

Pars, cui praeter naturam *calor*, *rubor*,
tumor et *dolor* accidit, morbo laborat, qui,
cum ratione phaenomenorum et causarum
cum igne similitudinem habeat, *inflammatio*,
incendium, *phlegmone* appellatur. Praeter
haec enumerata inflammationis symptomata,
alia minus constantia phaenomena nonnum-
quam e. g. *tensiones*, *durities*, *pulsationes*,
secretiones auctae vel suppressae in parte af-
fecta et plerumque febris diversae indolis et
quantitatis observantur.

A

§. II.

§. II.

SYMPTOMATVM VARIABILIS
NATVRA.

Varia Symptomata inflammationum, ea-
que ipsa, quae plurimum constantia salutan-
tur, maxime variant. Deficiunt nonnumquam
phaenomena, alia eminent vel suppressuntur,
prout partis affectae specialis, et aegrotantis
hominis universalis virium vitalium ratio dis-
crepat. Quo fit, ut inflammationis cognitio
aperta vel obscura incendia mox manifesta
mox occulta pariat.

§. III.

SYMPTOMATVM RATIO.

Partem inflamatam iusto majorem hu-
morum copiam continere, aspectus suadet
phaenomenorumqne ratio. Humores con-
gestos vel vasa ultra modum dilatata reci-
piunt, vel in telam cellulofam effusi stag-
nant. Ecchymomata saltem graviores comi-
tari inflammationes testantur ingentes quo-
rumdam incendiorum tumores e. g. in che-
mosi, sputorum generatio in peripneumoniis,
mem-

membranae praeternaturales, quae in angina formantur, nec non sectiones cadaverum inflammationibus internis peremptorum. In peripneumoniis enim bronchia, pulmonum parenchyma et superficies, exsudata crusta tecta et impleta inveniuntur. Congestum ad partem inflamatam humorem, sanguinem esse color suadet; et a sanguine congesto inflammatarum partium *rubor* descendit. Rete vasculosum vasaque capillaria conjunctivae, sanguinem rubrum vehentia, quae in statu sano ob tenuitatem fere non conspicuntur, inflammatione dilatata et sanguine turgida in conspectum prodeunt. Inde oculi subinflammati rubor, ab aequali et profundiori rubore discedens, qui in chemosi a cruce in cellulosam telam extravasato descendit. *Tumorem* derivo ab humoribus accumulatis partim in arteriolis retis vasculosi ultra modum ampliatis, partim ab ecchymomate in telam cellulosam factō. Qua ex causa partes inflammatae laxis vasis mollique tela cellulosa praeditae multum, siccae et strictae parum intumescunt; exemplo sit *differentia*, in in-

4

flammato oculo, mamma, tendinibus, apo-
neurosisbus obvia. Immo forsan vis vitalis
immediate, via haud plane cognita, par-
tium turgorem tam in morboſa quam in fa-
na hominum conditione producere potest.
ardorem gigni ab aucto humorum motu in
parte inflammata analogia suadet, calorem pari-
ratione cum circuitu sanguinis accelerato, tam
in omni corpore, quam in singula illius parte,
crescere docens. Auctum esse inflammatae par-
ti circuitum humorum, phaenomena inflamma-
tionis, congestiones, pulsationesque in parte af-
fecta demonstrant; quo factum est, ut medici
incendiis nomen febris topicae tribuerint Quo-
modo vero acceleratus sanguinis circulus, vel
obsoleto attritu, vel mutata humorum mix-
tione, incrementum caloris progignat, adhuc
variis premitur dubjis. **Tensionem et duritiem,**
humorum accumulatorum expansioni tribuo,
dolorem pressioni et extensiōni partium sen-
tientium. Dolor varius est, pruriens, obulsus,
ardens, pulsans, pungens etc. immo ipsae par-
tes in statu fano insensibiles, quae incendun-
tur, nonnumquam acutum dolorem pariunt.

Qua

Qua ex ratione dolorem haud semper effectum inflammationis esse, sed nonnumquam immediatum eiusdem causae, quae inflammationem gignit, scilicet *sensibiliatis laesae* productum esse censo. *Secretiones auctae modicae*; *suppressae* vehementioris inflammationis effectus sunt. Febris varia; vel ex eodem fonte cum inflammatione descendit, vel illius effectus est, vel denique epigenomenon quid, causae fortuitae tribuendum.

§. IV.

C A V S A E.

Sane iam difficillimum inflammationis momentum aggredior, scilicet *causarum proximarum indagationem*. Remotae enim satis apertae sunt.

Sed *veteris* scholae dogmata mitto, quae inflammationis nascentiam a *sanguinis orgasmō*, et *excandescētia spiri-
tuumque inclusione* derivabant. Item linquo magni *Boerhavii* acuta insomnia, quae de *obstructione vasorum*, *lentore sanguinis inflammatorio* inducta et de *humoribus in series
vascu-*

6

vasculorum decrescentium, sanguini rubro vel seroso destinatorum, aberrantibus commentatus est. Omnia haec et obsoleta et fuisse refutata sunt.

Verum tamen quaedam CL. W E D E K I N D *) colloquar, qui bene proximam incendiorum causam irritationi, in inflammationibus periphericis a stimulus satis notis externis subortae, adscribit. Verum in internis inflammationibus, cum illi stimulus non in promptu esset nec ad chemicas sanguinis acrimonias confugere auderet, *auctam sanguinis proclivitatem ad putredinem*, incendiorum internorum irritationem efficientem, adoptare conatus est. Sed vana est illius, quam extruxit, hypothesis;

I. Nam stimulus, quem ope suae hypothesis obstetricare studet, omnino superfluus est, ad explicandum inflammationum internarum ortum. Ipsius stimuli natura-

*) W E D E K I N D S allgemeine Theorie der Entzündungen. Leipzig, 1791. S. 15—32.

turales aucta praeter modum vasorum
irritabilitate, inflammationes progignunt,
ut infra fusius docebitur.

II. Argumenta, quibus innititur, vacillatio-
 ne laborare mihi videntur a) *frustum*
carnis cuti impositum inflammationem pa-
rit; Infirmum sane argumentum, acida
 concentrata, sinapismi, a putredine im-
 munes, idem efficiunt. Vae! ventriculo
 ditorum! qui putrescentes lepores cum
 voluptate suscipiunt. b) *Humores, in tela*
cellulosa inflammatae partis degentes, maio-
ri ad putredinem proclivitate gaudent,
quod gangraena, inflammationes excipiens,
celeriorque inflammatae partis putredo in
cadaveribus demonstrant. Verum gangrae-
 na non a vitio humorum sed a solidis de-
 mortuis nascitur; in cadavere ea citius pu-
 tressunt, quae maturius mortua sunt; hu-
 morum in tela cellulosa stagnantium vitia
 effectus inflammationis sunt, num et
 eius causa esse possunt? c) *variae cau-*
sae remotae inflammationis putredinem
excipi-

excitant e. g. suppressae excretiones, aquae rodentes hydropicorum. Sed unius causae plures esse possunt effectus; plures causae inflammationis putredinem non pariunt. d) *Antiseptica inflammationi medendae convenient, septica nocent.* Nostra praxis contrariae inhaeret regulae, venaesectio certe inter cardinalia militat antiphlogistica, quan nemo sanus putredini opponet. e) *Crusta pleuritica non a sanguinis spissitudine, sed ab illius attenuatione provenit, ideoque incipientem putredinem demonstrat.* Sed crusta neque spisso neque tenui sanguini originem debet, sed unico seriori fibrae sanguinis coagulationi. Quando demum cessabunt medici tenue cum putrido, spissumque cum eius contrario commutare! Olca a frigore spissa liquescunt absque putredine. Immo ipsum factum falsum est; nam coagulum sanguinis phlogistici sano longe firmius et tenacius observatur. Crustae phlogisticae ea est ratio; formatur e fibra sanguinis, quae in statu sano celerrime, antequam radium emissi sanguinis patina excepit, coagulatur. Qua re globuli rubri, a fibra intercepti, non demerguntur.

In

In inflammationibus celeritas coagulationis imminuitur, ideoque pars fibrosa, specificè levissima, ceteris sanguinis partibus supernaturat. Denique inflammatio crustam pleuriticam, nec haec inflammationem generat.

Sed sapienti sat, quamvis plura de crusta pleuritica et febris inflammatoriae genesi refutanda essent, multaque mihi argumenta in promptu sint, inflammationis immunitatem a putredine vindicantia.

Inflammatio est *morbus vasorum sanguiferorum*. Hoc morbi ~~phae~~phaenomena, sedes et causae manifeste testantur. Imprimis ea vasa, quae capillaria dicuntur, reteque vasculorum minimorum, a MAS CAG NIO *) ad naturam praeclare depictum, quod arteriis et venis interiacet, inflammationi subdita esse videntur. Arteriolarum motus anomali primo et praecipue inflammationem efficiunt, quamvis et venae symbolam conferant. His vasculis, testante van den

*) *Vasorum lymphaticorum historia et ichnographia*. Senis 1787. p. 13.

den BOSCH **), summa est irritabilitas, ab ipso leviori stimulo ad oscillationes abnormes facile proritanda.

Vasa sanguifera *vi vitali* praedita sunt, cuius ope, praeter vires physicas et mechanicas, ipsis inditas, primario apta redduntur ad sua munia publica et privata subeunda. Illius ope vivunt et nutriuntur, irritabilia sunt, sanguinemque continuo orbe movendum capacia redunduntur. Huic *vi* vero sufficiens ratio motus et efficaciae non unice inhaeret, sed simul *irritamenta* adesse debent, *vi* vitali proportionata, quae eam continuo excitant. Quamdiu haec irritamenta *naturalia* sunt vasorumque vis vitalis *legitima*; regularis humorum circuitus, nisi forsan mechanica impedimenta obstant, legibus sanitatis accommodatus perficitur. Quam primum vero vis vasorum vitalis a norma recti discedens irritabilitatem ipsorum auctam seu imminutam inducit, vel irritamen-

ta

**) *Theoretische und praktische Bemerkungen über das Muskelvermögen der Haargefäßchen.* Münster und Osnabrück. 1786.

ta accedunt, naturalibus maiora et anomala: vitia in motu humorum ut existant necesse est. Inter haec vitia, quae vi vitali vel irritamentis vasorum accidere possunt, quaedam sunt, quae posita turbam motus humorum excitant, ex phaenomenis inflammationis conspicuam.

Congestiones humorum, quae in inflammationibus in sensus incurruunt, vel ab aucta arteriarum oscillatione vel a venarum inertia, obstructione et spasio vel ab utraque causa descendunt. Hi vero congesti humores eorumque conditio minime primum et essentialē inflammationis vitium constituunt, sed vasa primo et proprie aegrotant, congestionesque effectus sunt et signum vasorum aegrotantium. Hi quidem accumulati humores necessariae sunt morbi primarii sequelae, verum natura eos nonnumquam instrumento adhibet, ad morbuni vasorum eiusque causam removendam. Exemplo sit festuca carni infixā.

Sed iam ad rem proprius accedo. Quomodo nunc ea vasorum morbosa conditio oriri

oriri potest, ut phaenomena inflammationis producant? Duplici sane modo; vel morbus illorum efficitur *ab interno* vel ab *externo* ipsorum vitio.

1) *Externae res vasa ita laedere possunt*, ut motus anomalous edant, quamvis interna conditio et imprimis vis ipsorum vitalis sanitatis legibus perfecte respondeat. Huc imprimis pertinent irritamenta, naturilibus maiora, physica, chemica et mechanica, quae alieno stimulo infesta abnormes motus excitant. Haec vero fileo, cum in omni de inflammatione tractatu, et imprimis laudata v. d. BOSCH *) commentatione optime recitentur.

2) Interna vasorum *conditio vitiata est*, si ea vi vitali carent, qua ad munera sua recte subeunda indigent. Plurimis in speciebus quidem videmus, vitium vis vitalis vasorum, quod inflammationibus originem praebet, in *irritabilitate aucta* consistere. Verum numne etiam inflammations sunt, quae opposito vitio, scilicet *debilitate* et quasi *enecatae vi vitali* vasorum ortum debent? Id saltim

inflamm-

*) l. c. S. 21.

inflammationes probare videntur, quae in febribus malignis brevi ante mortem emicant. Forsan ante mortem universalem ramificatio eiusdem vasis moritur, sanguis in illa ob immixutam resistentiam compellitur, ibi stagnat et corruptitur. Inde cita gangraena partiumque perfecta destructio et resolutio, quae post mortem invenitur. Primario vero ea vis vitalis vasorum vitiosa conditio, quam *irritabilitatem praeter modum auctam dicimus*, inflammationum ortui favere solet. Quo in casu tunc naturalia irritamenta, in proportione cum aucta irritabilitate effectus producent naturalibus maiores. A sola vasorum aucta irritabilitate, absque omni stimulo praeter naturali, saepe numero inflammationes oriri, multa sunt, quae suadent. Huc venit scilicet *singularis quorundam hominum ad inflammationes generandas promptitudo*. Oculus exemplo sit; vasis coniunctivae aer, caloris frigorisque quidam gradus irritamenta familiaria sunt, quae sana sustineant. Quando vero eorum irritabilitas multum augentur, ipsa haec sueta irritamenta oscilla-

tio-

tiones auctas ophthalmiasque habituales efficiunt. *Epidemicae inflammationes* quomodo ab aere generantur? Vix credi potest, eum stimulos generare; sed irritabilitatem vasorum exaltat, quo facto tunc leves immo naturales stimuli inflammationem proferre possunt. Ventri aquilonares, aerisque conditio sicca, serena et frigida viam vitalem vasorum exaltant. Eadem est ratio cum *inflammationibus internis*, quibus plerumque nullum stimulum praeter naturale manifestum observamus. Multum negotii facesserunt auctoribus inveniendi illum, qui omnino superfluus est. Internorum vasorum irritabilitas aucta cum naturali stimulo iam inflammationes admittit. Immo ad nostram hypothesin problema, quod hucusque vix solutum est, quare scilicet *inflammationes internae plurimum* cum, *externae* absque *febre existant*, satis bene evolvi potest. Ad eandem regulam plurimae *inflammationes habituales* et *periodicas* explicandae sunt. Partes in statu fano *insensibiles*, inflammatione tactae *acutum dolorem* edunt. Quid hoc sibi vult phae-

no-

nomenon? Nonne sensibiliatis incrementum indicat! Immo varia alia inflammationum symptomata, *proclivitas ad spasmos, aucta sensibilitas pulsuum durities et tensio* idem testantur. Denique *febris* ea, *quae inflammationibus topicis praecedit*, non ab inflammatione, sed cum inflammatione ex eodem fonte, scilicet universali aucta vasorum irritabilitate evenit.

Ceterum morbus hicce vis vitalis vasorum *acquisitus vel congenitus, universalis vel topicus* esse potest.

Immo revera forsan multae causae remotae, quarum immediato stimulo plerumque inflammatione adscribitur, hac via inflammationem producunt, ut primo et proxime irritabilitatem vasorum augeant. Irritamenta applicata saepe numero irritabilitatem augent, quo facto, tunc idem, et perdurans irritamentum vel aliud quoddam mitius, immo naturale, inflammationem excitare potest. Ex physiologia enim doce-

docemur, effectus irritamentorum, quoad scilicet ab irritamento dependent, haud diu ultra illius praesentiam perdurare. Inflammationes vero haud raro continuant irritamento dudum remoto. e. g. festuca e vulnero extracta; quid quod quaedam incendia demum existant, quamvis irritamentum iam dudum cessaverit, anginae e. g. saepe triduum post applicatum frigus suboriuntur.

Hoc amplius addam, esse differentiam in re medica memorabilem, inter statum vasorum inflammatiorum *localem* strictiori sensu, quo in casu praeter partem inflamatam in reliquo corpore nulla symptomata adsunt, ad inflammationem pertinentia, et inter statum vasorum inflammatiorum *universalem* vel *diffusum*, quo quidem inflammatio topica adest, sed simul totum systema ad inflammationis genesin cooperatur. In *priori* scilicet inflammatione *stricta topica* sola vasa in loco laeso contenta morbo afficiuntur; nullus adest remotus humorum impetus ad locum affectum, deficit durities et tensio pulsus, et remedia topica huic in-

inflammationi medendae sufficiunt. Potest quidem et huic inflammationi febris accedere, quae vero vel *complicata* est, vel *consensualis* a magnitudine inflammationis excitata. Huius indolis plerumque inflationes sunt a con-
tusionibus, combustionibus vel vulneribus,
compressionibus vasorum, stagnationibus hu-
morum aliisque causis externis excitatae. Item inflationes malignae, quas supra memo-
ravi. *Posterior* inflammatio est *morbus univer-
salis*, quamvis passio ipsa topica sit. Huic prodromi praecedunt, languor virium, gra-
vedo, morosus animus, somnus et digestio vi-
tiata. Exsurgit febris cum pulsu duro et ten-
so, ubique in corpore aucta irritabilitas et pro-
clivitas ad spasmus sentitur, nascitur inflam-
matio topica. Cor, cunctaeque arteriae, quasi
oestro percitae magno cum impetu sanguinem
ad locum inflatum propellunt. Haec fe-
bris inflammationi praecedit eiusque vehemen-
tia futurae inflammationis vehementiae respon-
det, immo haud raro, erupta inflammatione
minuitur v. g. in erysipelatis. Hac de causa
etiam quidam auctores, quamvis malo consilio

B

infe-

infecutam inflammationem tamquam metastasis huius febris consideravere. Topica passio est quasi crisis universalis morbi inflammatioque topica vim vitalem attrahit, ne universali morbo interfervire possit. Hae inflammations universales sanguinis missiones desiderant, a topicis exacerbabantur. Accidunt plerumque iunioribus, irritabilibus ac plethoricis hominibus, nec raro sub nomine inflammationum genuinarum venditantur. Haec incendia ratione causarum cum haemorrhagiis activis convenient, adeo ut vitium universale in systemate sentiente, quod hoc morbo removetur, ideoque plurimum omnium vasorum irritabilitatem auctam deprehendimus.

Hac sub conditione corporis, si omnes partes aequali robore et resistentia fruuntur, ille morbus enasci videtur, quem *febrem inflammatoriam simplicem* dicimus, tota conditio inflammatoria totius systematis adeo, quae vero topica inflammatione non solvitur.

Causas remotas satis notas transeo.

§. V.

§. V.

DIFFERENTIAE INFLAMMATIONVM.

Praecipuam, quae interest inflammatio-
nibus, differentiam supra iam memoravi,
cum scilicet *una* morbus vasorum mere topi-
cus sit, *altera* ab universali eorum labe pen-
deat. Porro in inflammationes *spurias* et *ge-
nninas* dividunt. Ad spurias *erysipelaceam*,
rheumaticam et *catarrhalem* numerant. Ve-
rum haec denominatio haud apta videtur,
sunt enim spuriis omnes essentiales inflamma-
tionis notae, similis genesis, eadem phae-
nomena, nec raro in genuinas transeunt. For-
san tantum ratione causarum, vel partium,
quas afficiunt, vel denique ratione gradus
vehementiae differunt. Porro sunt *proto-
pathicae* vel *deuteropathicae*; *idiopathicæ* et *sympathicæ*;
intermittentes, *remitentes*, et *conti-
nentes*; *benignæ*, quibus febris inflammatio-
ria, *malignæ* quibus nervosa adiungitur.
Sporadicae deprehenduntur, *endemicæ* et
epidemicæ nec non *simplices* vel *complicatae*,
quae morbillis, variolis, lue, rheumatismo
seu alio morbo adiunguntur.

B 2

§. VI.

§. VI.

EXITVS INFLAMMATIONVM.

DISCVSSIO.

Vario modo finem consequuntur incendia.

i) *Discussione*, qua pedetentim, symptoma inflammationis evanescunt, absque secundario partis affectae vitio. Spasmo remittente, arteriarumque oscillationibus praeternaturalibus cessantibus, sanguis in vasis accumulatus paulatim dissipatur. Id quod in tela cellulosa effusum est, sero dilutum et resolutum vasorum lymphaticorum ope revehitur. Ut inflammatione ab aucta irritabilitate orta, discutiatur, irritabilitatis imminutio requiritur. Reliquae inflammations, a stimulo ortae, ut discutiantur, stimuli remotionem desiderant. Verum et ipsae inflammations, quae ab irritamento adhuc perdurante ortae sunt e. g. inflammations a luxatione, nonnumquam discutiuntur, artu non reposito, dum irritabilitas vasorum ab irritamento inducta in inflammatione ipsa iterum fopiat. Immo

con-

confuetudo accedit, qua post validas intentiones ab irritamento inductae, partes irritabiles tandem obtunduntur. Verum hoc rarius accidere solet. Et hoc in momento ratio latet, quare inflammationes internae, plurimum absque irritamento a sola aucta vi vitali arteriarum subortae, externis longe facilius discussionem admittant. Inflammatio ipsa instrumentum esse videtur, quo irritabilitas aucta ad iustum aequilibrium reducitur. Hac via, imminuendo scilicet irritabilitatem, opium agit praeclarasque suas edit virtutes antiphlogisticas. Si irritamenta adsunt gravia, plurimum illorum remotio requiritur, ut dif- cuti possit inflammatio.

§. VII.

S U P P U R A T I O .

2) *Suppuratio*; alias inflammationis existus, qui in inflammationibus gravioribus, hisque a stimulo praeternaturali, non removendo, subortis nec non a debilitata partis affectae reactione expectandus est. Vascula arteriosa in cellulis inflammati patula, peculia.

culari modo forsan a lympha effusa tacta,
 ad specificum motum et functionem incitantur.
Secernunt pus, quod in cellulosam telam de-
 positum humores effusos liquefacit, solven-
 doque cohaesionem solidorum caveam format.
 Hac via novum sed praeternaturale orga-
non nascitur, puri secernendo destinatum. Sub-
 oritur borripilatio, impressione mutatae condi-
 tionis partis inflammatae a sensorio commu-
 ni reflexa, et pulsatio in inflammata parte ab
 efficacia arteriolarum ad secretionem puris.
 Quo facto, a relaxatione facta, dolor remit-
 tit, inflammata pars mollis, pallida et in me-
 dio prominens evadit. Remissionem spas-
 mi vasorum, pus secernentium, requiri cataplas-
 matum usus ulcerisque siccitas a nova inflam-
 matione accedente docet. Genuinum pus humor
 est opacus, aqua gravior, specificae et homo-
 geneae mixtionis, pallido - flavi coloris, con-
 sistentiae tremoris lactis absque odore et
 acrimonia, solutione salis alcalini fixi vege-
 tabilis in mollem gelatinam coagulandus.
 Pus itaque a vasis secernitur et quidem ab
 arteriolis minimis telae cellulosae aliarumque
 par-

partium in cavitate abscessus patulis. Vasa lymphatica abscessus, resorbitione tenuiorum et alienarum partium, ad specifici huius humoris formationem, cooperantur, quod et in aliis organis secretoriis fieri solet. In cellulosa quidem pus generari potest, sed non a cellulosa, instrumentis ad compositionem liquoris specifici necessariis destituta. Sed etiam absque cellulosa, quae tantum receptaculum praebet, a solis vasis generatur in superficie suppurante vesicatoriorum et abscessuum apertorum, quamvis contraria W E D E K I N D *) contendat. Fibra sanguinis materiem praebet, ex qua pus specifici motus vasculorum ope efficitur. Solutiones partium solidarum in loco suppurante nemo negabit, qui telae cellulosae, cutis, membranarum, ipsarumque glandularum destructiones in abscessibus cogitat. Haec solida soluta vero nunquam in pus vertuntur, sed ichoris instar puri admiscentur, vel specie ramentorum filamentosorum, aranearum telae instar, defluunt
vel

*) W E D E K I N D *allgemeine Theorie der Entzündungen und ihrer Ausgänge*. Leipzig, 1791. S. 195.

vel forma matricis puris (Enterostof) ex concremento solidorum partium conflata, excludentur. Materies puris, fibra sanguinis scilicet, in sanguine praeexistit, pus vero genuinum nunquam in sanguine praeexistere et in loco suppurante deponi posse videtur, quod de H A E N *) et P L A T T N E R **) voluerunt. Numquam nascitur secundum W E D E K I N D ***) specie quadam solutionis putridae lymphae stagnantis. Species putredinis est vel putredo vel non. Putredo partium animalium absque foetore sibi contradicit ****). Putredini sua sunt peculiaria phaenomena; numquam extra corpus pus genuinum generatur. Omnem mixtionis humorum mutationem putredinem baptizari, obsoletum est, et usui loquendi repugnat.

§. VIII.

*) de H A E N r. med. P. II. c. 2.

**) C. PLATTNER suppl. in I. Z.

PLATTNERI inst. chir. P. I. p. 35.

****) I. c. 197.

****) W E D E K I N D I. c. 197. *Der im Zellgewebe des leidenden Theils steckende Saft geht also in eine faulige Auflösung über, wobei er gleichwohl nicht stinkend wird.*

§. VIII.

S P H A C E L V S.

3) *Sphacelus* morbus est vasorum, qui in perfecta abolitione omnis vis vitalis illorum consistit. Toto coelo differt ab inflammatione nec quidquam cum illa commune habet ac ut inter alias causas etiam ab inflammatione oriri possit. Quo in casu vero ut morbus ab inflammatione secundarius spectatur. Validae intentiones vis vitalis vasorum, in vehementiore inflammatione praesentes, eam subito destruunt; simili modo validae intentiones in aliis organis vim vitalem necant. Ex fulgure amauroses, a gravi dolore paralytiae artuum resolutiones animadvertuntur. Gangraena ab inflammatione non nisi gradu differt, eamque inflammationis vehementiam indicat, quam plurimum mortem vasorum sequi videmus. Enecatis omnino vasis, pars affecta, ut quaevis inanimata res, legibus physicis iterum subiecta, ad illas mutatur, scilicet *putreficit* et quidem citius, cum mortuum a vitae vicinae calore foveatur. Insensibilis fit, frigida, livida, nigra, foetida cohaesioque perit. Proclivitas

ad

ad sphacelum in proportione est cum magnitudine vis vitalis vasis insitae et cum magnitudine causae, quae vis vitalis vasorum destructio-
nem molitur. Qua ex causa in homine vel sanissimo summus inflammationis gradus sphacelum parit. A leviori inflammatione nascitur in hominibus universa vis vitalis, vel topica partis laesae debilitate affectis. Qua de causa cachecticis, senibus, febre putrida labo-
rantibus facilius accidit, quibus vis vitalis in universum vacillat. Item vulnera commota, sclopeto inficta, venenatis armis facta sphacelo lubentius succumbunt. Venena vim vi-
talem destruunt, item ac validae partium com-
motiones. Putredo itaque in sphacelo obser-
vata eiusque obvia phaenomena, non causa illius sed effectus et signa sunt novi morbi va-
sorum, qui praeteritum excepit. Putridum, nervis inimicum, impressionem in nervos parti sphacelatae vicinos efficit, quae sursum propa-
gata, a cerebro in omnes partes reflexa, sym-
ptomata febris putridae progignit. Resorbtio putridi non semper fit, nec amplius quid ex-
pli- cat. Nam et resorbtum putridum nervos

tan-

tangere oportet, ut febrem putridam producat, ideoque idem esse videtur, an nervi in parietibus vasorum, an in vulnere obvii tangentur.

§. IX.

I N D U R A T I O.

4) Denique inflammationes *indurationē* finiuntur. Haec vario modo tam coalitu et infarctu vasorum, quam exsiccatione et concretione exudatae lymphae in telam cellulofam fieri videtur. Morbosā vasorum actione fibra sanguinis in his *ipfis* et in vicinis telae cellulis intercepta degenerat nonnunquam in callosam duritiem, cum ambeuntibus partibus concrescit, cavitates opplet, omnisque fere actio organica in parte affecta sufflaminatur. Lymphati concurrere indurations docent cum incremento voluminis iunctae e. g. tonsillae tumidae a frequenti angina tonsillari. Vita vasorum hoc in casu quidem non plane necata, sed tamen eum in modum mutata est, ut ad haec vitia tendat. Quibusdam in speciebus, quamvis raro, hae indurations in cancrum abeunt. In ulcere cancroso vita est, immo activitas, non-

num-

numquam iusto maior, nutritur, crescit, sentit, secernit liquores. Sed partium viventium vis vitalis in illo tam malam accepit directionem, ut omnes hi vitae effectus singulari modo a sanitate abnormes fiant, a vi nutriente luxurians et spongiosa caro generatur, sensibilitas aucta, secretum, specificus ichor est, (miasma cancrosum) qui peculiari odore et virtute imbutus has partes rodit, et inflamat, alias necat cadaverosumque parit odorem. Omnia haec phaenomena *vitaे*, partis affectae, sed *depravatae*, nervis aegrotantibus fotae, adscribenda sunt. Ichor cancrus, qui ab his vasis morbos fecerit, effectus quidem est primi-
tivi partium sentientium morbi, nihilominus malam impressionem conservare, aliisque organis eundem characterem imprimere videtur. Itaque operatio, nervos aegrotos et miasma simul removens, tutissima medela. Cum Cl. SCHAEFER *) quidem miasma cancrosum productum solidorum censeo. Sed in eo discedo, ut non inficere possit. Miasma vene-
reum

*) SCHAEFER'S Versuchie aus der theoretischen Arzneykunde. Nürnberg, 1782. S. 208.

telum item in ulceribus a nervis aegrotantibus generatur, sed nihilominus perpetuo suo attractu nervorum morbum conservat.

§. X.

INFLAMMATIONIS CVRA.

Inflammationi medentibus 1. cura sit, ut irritamentum *praeter naturale* e. g. festuca, luxatio, fractura etc. *removeatur*. Sed parvus est inflammationum numerus a tali irritamento nascentium nec semper stimuli removeri possunt. 2. *Irritabilitati praetermodum auctae medeatur*. Haec cardinalis esse videtur indicatio, cui vero non unius generis remediis satisfacimus, sed eligenda sunt varia, huic scopo accomodata, pro varietate phaenomenorum, irritabilitatem auctam comitantium.

Id est) Saepissime, saltim in recenti et vehementer in inflammatione iuniorum hominum, irritabilitas aucta cum *nimia vasorum tensione* iuncta deprehenditur, quae irritabilitatem auctam fovet et auget, forsitan produxit. Hac in specie *sanguinis missiones universales et topicae ex usu sunt*, quae evan-

cuantur.

do vasa tensionem minuunt, et sensibilitatem deprimunt. Tunc et convenienter interne *potulenta multa aquosa et tepida* et externe *pediluvia, semicupia, enucomata* emollientia nec non cataplasmata tepore et humore fota, quae ingenti vi, relaxando tensa, illorum sensum nimis acutum obtundunt.

b) Imminuta tensione saepe remanet, praecipue in hominibus delicatiore corporis campage dotatis, *irritabilitas aucta ab impressione in nervis reicta*, quae dolores acerbos, pervigilia etc. fovet, auctam irritabilitatem sustinentia. Saepe tales species in ophthalmiis chronicis observamus, quibus, tensione dudum sublata, oculus nihilominus summa sensibilitate excruciat, lacrimat, lucem reformanat. Hoc casu interne praeclarum erit remedium *opium*, irritabilitatem removens auctam. Externe Saturnina convenienter ob vim sedativam nota. Item varia alia aquosa epithemata, quae calorem

rem abducendo, effecta evaporatione irritabilitatem habebant. Optima sunt spiritu vini et aethere vitr. facta, facile evaporantia.

3. Interdum inflammatio quasi morbus patitus esse videtur ab *Atonia et imminuta vasorum reactione* producta, si absque dolore est, chronica, in subiectis laxis et inertibus. Quo casu irritantia blanda ex usu sunt. Saepe emeticum subito inflammationem tollit. *Vesicatoria* item. Externe herbae aromaticae camphora et alia desiderantur.

Suppuratio quemdam vasorum tonum requirit; inter statum tensum et relaxatum intermedium. Itaque mox antiphlogistica interne et emollientia externe; mox blanda irritantia, cortex, vinum diaeta animalis interne et externe gum. ammoniac., cepac tostae etc. requiruntur.

Gangraena evitatur remediis inflammacioni medentibus. Externe putridum a nervis

C

adhuc

ad huc viventibus quantocuyus removeatur incisionibus et amputationibus, vel demortuas partes condiendae sunt, ut quasi, putrida natura seposita, nervos non amplius molestent.

Huic scopo optime respondere videntur: Spiritus Vini, et Therebinthina. Idem praeferaret aer fixus, si supra dictis aequali penetrabilitate gauderet.



X

Sathol. v. 18. 513, 48.